



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 62. Concordiæ liber a Lutheranis consarcinatus, typisque editus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæculi XVI transactæ vitæ crimina detestari videbantur.

A.C. 1580

§. LXII.

*Concordiæ liber a Lutheranis confarcinatus, typisque editus.*

*Hospin. concord. discors impr. ann. 1607.*

Sub idem tempus Lutherani in Germania post celebres suos conventus Torgavii, & Bergæ habitos, ut supra meminimus, librum suum, cui titulus *formula concordiæ*, typis vulgarunt: nihilominus haud contat, quod hi hæretici postea in unum congregati ullam novam fidei decisionem procuderent: illæ vero lacinix, ex quibus præfatus liber est confarcinatus, fuere subministratæ a diversis Authoribus, & diversis annis subscriptæ, quippe Lutherani in hoc libro cuncta, quæ inter eos majoris authoritatis erant, in unum volumen contrahere meditabantur: verum omnibus media, quibus in Germania subscriptionem extorserunt, sunt comperta, ac cuivis constat, quantas violentias, ut hæc concordia recipere-  
tur, adhibere oportuerit, & quam acriter quidam Principes, urbesque huic subscriptioni sese opposuerint. Porro hic liber nominabatur *Bergensis concordia* ducto, ut fertur, nomine a quodam monasterio, quod prope Magdeburgum situm est: præterea idem liber aucto-

auctoritate Augusti Saxoniae Electoris, Sæcul. XVI.  
 ac quorundam aliorum Principum Lu- A.C. 1580.  
 theranorum prodiit, Schmidelinus ve-  
 ro Germanus Præco inter suos celeberrimus illum ab octo hominum millibus tam sponte, quam coacte approbati voluit, alii tamen spurium hunc partum rejecerunt, unde ex hac concordia schisma inter Germaniae Protestantes exortum est. Scripsit Hospinianus prolixam de hoc libro historiam, in qua ea, quæ desuper contigerunt, potissima ex parte integra fide enarrare videtur: Osiander autem, qui cum ceteris hujus libri faber eundem in sua historia Ecclesiastica ad compendium reduxit, ingenue fatetur, quod hanc concordiam multi tam Calvinistæ, quam Lutherani ex mollioribus, & rigidioribus & lingua, ac calamo impugnaverint, unde etiam secta Concordistarum prodiit. Denique Bellarminus suam de hoc libro sententiam pronuntians demonstrat tam tituli vanitatem, quam crassos errores, quibus hoc opus contra ipsum Apostolorum Symbolum scatet.

§. LXIII.

*Navarræ Rex redintegrato bello  
 Cadurcum occupans.*

Ceterum concordiae pacta, quæ Regina Mater cum Navarræ Rege in  
Q q 5      Aqu-